Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

bonis Ecclesiæ Frisingensis majis videtur contigisse, Dra-
cholfo Episcopo bona Ecclesiæ suæ parum curante. Ita
fertur Zach. Breitenberger in not. ms. Sediss. Valen-
tini. Bracholfo autem anno 926 Danubii fluctibus
merso succedens Wolframus ~~in~~ S. Arnolfo et Berthol-
do Ducibus pro eorundem Majensium bonorum resti-
tutione suppliavit. Qua de re extat apud Meichel-
beckium Hist. Fris. t. I p. 1 sequens Diploma.

Bertholdus divina favente Clementia Dux Ludperto
et Merolto nostris fidelibus. Cognoscere vos volumus
quod dilectissimus frater noster Arnolfus una no-
biscum, rogatu Wolframi Venerabilis Episcopi in Fri-
singen, prædicti Episcopi Parochiam, ubi S. Corbinia-
nus requiescit, cum nostris fidelibus convenimus
ibique invictissimus frater noster pro remedio anim
suæ quasdam res ejusdem Ecclesiæ quondam injuste
abstractas, cum consilio suorum fidelium relaxavit.
Nos vero vitæ nostræ felicitatem, omniumque nostro-
rum prosperitatem prospicientes, et consultu jam dicti
fratris nostri, ceterorumque fidelium nostrorum pe-
tibus, præfati Episcopi, omnisque ejus familiæ peti-
tionibus annuentes, proprietatem beatissimi Christi
Confessoris Corbiniani ad Mayes et Chorzes, quam liter ejus,
illius esse jure testatur, et priscis temporibus injuste
ab Ecclesia ejusdem Sancti ablatam esse constat, in
Requiem B. Dei Genitricis Mariæ, et antedicti Con-
fessoris Christi Corbiniani, in manus præfati Epi-
scopi potestative reddimus. quapropter præcipi-
endo vobis jubemus, ut sicut gratiam nostram ha-
bere velitis, prædictas proprietates ad Mayes et Cho-
zes et omnes res jure ad easdem pertinentes sine
ulla mora absque ulo impedimento Nunciis prædicti
Episcopi repræsentare Majas servituti subjugare, po-
testatique illius restituere non tardetis. Ut autem
hac auctoritas nostri præcepti et legationis firmior
et stabilior habeatur et a vobis credatur, et diligentius
perfiniatur, annuli nostri impressione sigillari jus-
simus, quia hoc præceptum nostrum firmum et inviola-